



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis  
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris  
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius  
Marius Victor, Claudius**

**Lvgdvni, 1536**

Capvt XII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12149**

**O**MNIBUS HIS ERGO AD FUNEBRIA IUSTA PARATIS  
VNCTURE ACCEDUT DOMINI PIA MEMBRA SEPULTI,  
HIC DELECTARI NOSTRO CONAMINE, SECP  
QUO NON INDIGUIT LAETARI MUNERE CHRISTUS  
OSTENDIT, MATRUM LARGE PIA VOTA REPONENS.

PRO QUEIS RESPONDENS CONFESTIM GRATIA FACTA EST,  
ANGELICOS CERNANT HUMANA VT LUMINA VULTUS,  
ATCP RESURGENTIS PRIMAE DENT NUNCIA CHRISTI:

*Math. 28.* QUAE PRIMU VT TUMULI VENERE AD LIMINA SANCTI  
APPARET DEXTRA COELESTIS PARTE MINISTER:  
SPLENDIDA CANDEBAT NIUEO CUI CORPORE VESTIS:  
CUI VULTUM RUTILUS CONSPERSERAT VNDIQP FULGOR.  
Matribus vt dignis verbum coeleste sonaret.  
OccursuP suo attonitas formidine cuncta

*Angelus ad mulieres.* SOLUERET, AGGRESSUS SANCTO QUAS TALITER ORE:  
QUID TIMIDAE TREPIDATIS AIT, CONSISTITE: NE UE  
ASPECTU TREPIDATE MEO: VOS NULLA TIMENDI  
CAUSSA MANET, QUAS CURA PIJ CONFIRMAT AMORIS.  
QUÆRITIS AGNOSCO PRECIOSI IN SEDE SEPULCHRI  
FUNERE SOLENNI TUMULATUM NUPER IESUM:  
SED MEMINISSE DECET QUID PRÆSENS ORE FIDELI  
DIXERIT ANTE OBITUM, DUPLICI NON AMPLIUS VNA  
SERUANDUM SE NOCTE, & IAM IAM TERTIUS HICCE EST

Qui compleat promissa dies; patet ecce sepulchrū  
Deseruit vacuum victa quod morte resurgens.

## C A P V T      X I I I .

**T**Aliter excelsus iusso sermone minister  
Sparsurus mundo vitalis dona triumphi,  
Has primum gaudere dedit; luctuq; leuauit.  
Hinc læto impavidæ discedunt pectore matres  
Credula conceptæ seruantes corda saluti.

**Q**uā mediū sese Christus gradientibus offert  
Agnosciq; iubet, blando & sermone salutans  
Ite(ait)& nostris hæc iam mandata referte  
Discipulis, vt vel tandem me vivere credant.  
Mox ille amplexis defigunt oscula plantis,  
Atq; ad discipulos alaci cum mente recurront,  
Doctoresq; docent; & quæ spargenda per orbē  
Primum fœmineis iussi sunt discere verbis  
Discipuli; tanta est muliebris gratia sexus.  
Communis virtus igitur cōmune periculum  
Matribus atq; viris; nulla est distantia cuiq;  
Si mens recta subest, si gratia constet vtrisq;  
Vitaq; si iusto insudat studiofa labori.  
Nam quid dona iuant hominē, si mente soluta  
Turpia collatum male perdunt ocia munus?

Matth. 28.

k 4 Auxiliū